



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè  
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

Artic. IV. Virginitas sanctissimæ Virginis excellit præcipuè in tribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

ipius puritatem; non cupio amare Deum, nec proximum, nisi per ipsius amorem. Inhibeo cordi meo, ne ulla unquam habeat desideria, quam sua; Et anima mea, ne ullam unquam habeat cognitionem aut rationem vivendi, quam suam; Ipse totus est meus, & ego totus sum ipius, eoque tribuat mihi totum suum esse, tribuit mihi quoque omnes suas virtutes; non mihi est curæ, acquirete ipsatum alias, quam suas, eoque illas omnes velit esse meas; solummodo absque intermissione aspiciam illas, omnemque impediam conatum, ut profundè illas meæ insculpam animæ, & modò illas semper habeam an-

te meos oculos, & ipsi intimè maneam unitus, hoc sufficit mihi.

Demulcebar tam ingenti voluptate audiendo loquentem viatorum nostrum tam dignè de Sanctissimâ Virgine, de illius Virginitate, deque fecunditate ejus, & de Filio ipsius Unigenito, quem dedit nobis, ut optime protrahere ipsum sermonem de tam insigni & eximio argomento. Advertebam bene, ipsum difficulter id faciūrum; nihilominus avidus mea explere vota, interrogavi ipsum, an Sanctissima Virgo possederit omnem altissimam puritatis perfectionem, quæ possibilis sit puræ creaturæ. Respondit mihi, ut intelliges.

## ARGUMENTUM.

*Virginitas Sanctissima Virginis excellit in tribus  
principiis.*

### ARTICULUS IV.

**M**irificè commendat Regem Astrorum, solem, quod in exhausto dives sit lumen thesauro, non solum pro se ipso, sed etiam pro orbe universo: Siquidem non solum resulget in se ipso, sed ex oculis suis torrentes effundit flammarum ad accendendum omnia astra cœli, & plenum in magno hoc mundo invehendum diem. Affirmari potest, Sanctissimam Virginem solem esse Virginitatis: continet ipsa thesauros ap-

nocentiae & puritatis, non solum spirabat ad locupletandum se solam suprà felicem pro omnes Angelos in cœlo, sed etiam ad effundendum virtutem illarum suprà animas corporibus carnēs implexas in terris: Siquidem puritatem infundit his ipsa, qui cunque noverunt sua ad ipsam convertere lumina. Sanctus Ambrosius in libro de institutione Virginum verbis expressis dicit, quod Virginitas tam abundans fuerit in illa, ut non solum repletum

verit

Aspectus  
Sanctissime  
Virginis in-

verit ipsam pulchritudine, puritate & sanctitate, sed solus ipsius aspectus contulerit donum castitatis omnibus invisentibus ipsam.

D. Thom.  
Sent. 3. dist.  
3. q. 2. 2. 1.  
Sanctus Thomas superaddit, & dicit, quod pulchritudo, quae evomere solet scintillas igneas impunitatis in alijs, exhalaverit econtra in Sanctissimā Virgine spiritum pudoris & castitatis; ita ut, quamvis prodigium fuerit pulchritudinis, nunquam tamen quisquam concipere potuerit nisi affectus purissimos aspiciendo ipsum: *Quamvis pulchra in corpore, à nullo tamen concupisci potuit.*

Gerson de Concept. Virg.  
Et Gerson id ipsum obseruat, quod physionomia ipsius continuet aliquid tam Angelicum, tantā Majestate ac modestia plenum, ut maximam conciliaret reverentiam erga personam ipsius, & summum castitatis amorem in omnibus ipsam aspicientibus. Quot reperire est, qui experti sunt, quod cogitando duntaxat de illā, aspiciendo solum ipsius imaginem, pronuntiando ipsius Nomen, vel alia ratione recurrente ad ipsam, singularis conferatur virtus ad dissipandum imaginationes, & reprimendum motus in honestos omnes.

Memorandum Exemplum est Caroli VIII. Regis Galliae ad quem, cum in direptione civitatis cuiusdam Italie, quam tradidit expilationi militum, convolasset illustissimæ prosapiaæ ac formæ mirificæ puella, sele ad ipsius provolvens

pedes: Rex invictissime, gratia! Augustissime Rex misericordia! Lipsius in Ah! Rex, serva pudorem meum, monitis pudente me ab insultibus militum tuorum. Generositas hujus Principis extimulabat ipsum quidem, ut defenderet eam contra alios; sed tanti non fuit roboris, ut defendere eam contra se ipsum, cum prohibere se non posset, quin impotentis ipsius raperetur amore. Eheu! credidit ipsa evitare charybdim, & incidit in leylam. Verum cum fuerit devota Sanctissimæ Virginis cliens, id satis fuit ipsi munimenti.

Cum jamjam hic Princeps Exemplum suam pararet explere libidinem, memorans portexit illa manus ad quandam Sanctissimæ Virginis divinum In- fantem sīnu tenentis imaginem. <sup>dum de potentia S. Virginis ad inspirandam castitatem.</sup> Mi Rex, ob amorem Virginis Vir- ginum, quæ nobis dedit Servato. castitatem, terva me, parce Virginitati meæ. O prodigiosam virtutem Virginitatis Virginis Sanctissimæ, ardentissimum concupiscentię extingueendi ignem! Ipsius Nomen, ipsius memoria, ipsius imago, mutat in instanti lascivos juvenis hujus Principis ardores in tantum puritatis amorem, ut reverentiæ prosecutus Virginem, Virginum Virginem inclamatantem, ipsius laudaverit virtutem, magnâ ipsam ditarerit pecunia summa, quæ per- pessas ex bello repararet ruinas, totique ipsius pepercere familiæ. Hoc nonnisi unicū est exemplum; sed omnes historiæ his scatent copiosissimi.

Effectus  
mirabilis  
pulchritu-  
dinis San-  
ctissimæ  
Virginis.

piissimam, quibus ostenditur Virginitatem Matris admirabilis polle-  
re virtute singulari, castitatis inspi-  
randi affectus. Et hoc primum  
est, in quo ipsius Virginitas excel-  
lit omnes alias.

**Magnum** prodigium, numeris inimicis se oppugnabitibus quod portantam cum gloria, ut cuncta per-  
suaderi mundo fides. Gentiles, Judai, haeretici cum to-  
to infelio conspirabant omnes, &  
omnes intendebant nervos, ut ex-  
pellereat e mundo fidem, quod  
ipsa sit Virgo, vel pertinaciter sal-  
tem sustinebant, impossibile esse,  
quod extiterit Virgo Mater. At  
non obstantibus cunctis ipsorum  
vanis coniubis, firma hæc fides  
ita stabilita est in universo orbe, ut  
omnes veri Christiani, sicut para-  
ti sunt suam profundere vitam ad  
propugnandam divinitatem IESU  
Christi, ita eidem non parcerent  
pro defendenda Sanctissimam ipsius  
Matris Virginitate.

Quomodo  
Pagani sint  
convicti,  
ipsam esse  
Virginem  
& Matrem.  
Gentiles nil habebant efficacius  
ad declarandum, rem aliquam ef-  
fe impossibilem, quam dicendo:  
*Hoc erit, quando Virgo pariet.*  
Ædificaverant ipsi Romæ Tem-  
plum pacis celeberrimum in cu-  
m. Cis finibus terræ; consulitur Ora-  
culum, quanto tempore persistu-  
rum esset id templum, & Apollo,  
demon inquam ex inferno, æter-  
nam promittens durationem re-  
spondit ipsis: *Donee Virgo pariet.*  
O bonum prælagium! Ergo stabit

in æternis, dicebant, quis enim  
videbit unquam parvum esse Vir-  
ginem? Adesdam cœca Gentilis,  
adesdam & vide veritatis lumen in  
medio tenebrarum tuarum; Ecce  
templum tuum pacis tuberculorum  
abique illa exhibita vi naturali,  
citra quod vel extremo digiti fue-  
rit attractum; Solo stratum id illi-  
co est in iecu oculi: Quid hoc si-  
bi innuit? Credere oraculo tuo, ea-  
quid credas aliqueni Deorum ius-  
rum id reddidisse. Credere igitur  
peperisse Virginem, cum perisse  
videas ita templum tuum: Asper-  
tus potentiam Virginitatis divinitatis Ma-  
tris; eadem horum, quæ peperit ipsa  
in Bethlehem, Romæ corrigit  
pacis templum. O Maternitas  
MARIE! Tu tertote concutis to-  
tum infernum dum mundo pro-  
diguis Salvatorem, eaque omnes  
fati Di excedere debeant terris,  
dum verus nascitur cœli Deus. O  
Vitginitas MARIE! Tu de totâ  
triumphas Gentilitate, pacis de-  
moliendo Templum, dum lucu-  
lenter aspiciunt peperisse Virginem  
ex ipso Oraculi sui testimonio.  
Hem! quem patere potuit perma-  
nens Virgo, nisi Deum Omnipo-  
tentem? Ecce igitur totam cou-  
sam Gentilitatem à focunda Virgi-  
nis Sanctissimæ Virginitate.

Verum non acieavit hic infer-  
nus; excitavit post hæc plures Ido-  
lolatrarum Successores, plures in-  
quam haereticorum phalanges ad  
oppugnandum de novo ipsam; sed

non erat hoc, nisi novos ipsi adornare triumphos. Ebionita & Cerinthi Sectatores prætere "duces publicando, fœminam fuisse Conjugem, quæ conceperit ex suo marito aliatum Matrum more, sicutque ipsam non fuisse Virginem ante partum suum. Quid inquis excta cuncta lingua? audi oraculum caroli tibi dicens per Vatem Isaiam: *Ecce Virgo concipiet;* an audis, quid eterna dicat & enuntiet veritas: Ipsi Virgo est, quando concipit, ipsa Virgo est, quando gestat Infantem JESUM in castissimo sinu suo; Non igitur alijs similis est Matribus. Totum, quod in ipsa est, opus est Spiritus Sancti, & non horinjus: Virgo igitur est ante partum suum.

*Joviniani.* Joviniani, & magna aliorum hæreticorum caterva, excepérunt priores, oppugnantes Virginitatem ipsius in aequali partu suo. Transeat, dicebant, nuncupari & fuisse ipsam Virginem ante partum suum; Nam verbis nimium manifestis Evangelium asserit ipsam concepisse de Spiritu Sancto, de quo dubitari non potest. Sed Virginitate illam exui necesse erat, dum aqua alter peperit nam quoddam Filium suum patere potuit permanens Virgo? Tacere impiae & lacrilegæ buccæ; idem Yates-Haias, qui unico verbo prostravit antecessores vestros Ebionitas, dicens: *Ecce Virgo concipiet;* profernit & vos, dum superaddic-

*Et pariet Filium. Ecce igitur Virginem ante partum suum & in partu suo.*

Tandem Helvidius cum tota Helvidiana sectâ sua, qui credebat ipsam Virginem ante partum, & in partu majori, quam ceteri omnes, insolentiâ ac impietate, oppugnare non verebantur ipsius Virginitatem post partum suum, dicentes, ipsam plures suscepisse liberos ex Joseph conjugi suo, postquam genuit at JESUM Christum, edquod Evangelium dicat, hunc fuisse ipsius primogenitum, insuper de fratribus ipsius faciat mentionem. Sed Sanctus Hieronymus divinâ suâ facundia & admirando animi robore prostravit infernale hoc monstrum, & Ecclesia suis anathematis percussit illum, velut haereticam infamissimum, manifeste profitendo fidem cum omnibus suis filijs, se credere ipsam semper Virginem, Virginem ante partum, Virginem in partu, & Virginem post partum.

Quanta extant miracula ad probandam & confirmandam magnam F.F. Minor. hanc veritatem! Religiosus quidam è familiâ Sancti Dominici vir insignis doctrinæ, oppugnatus fuit tentatione contra fidem inviolabilis semper puritatis, quam nunquam non resulserit Virgo Sanctissima, quam cum vincere non posset nec adductis in contrarium rationibus, hac illâ se liberare effusis diuturnis precibus, auxilium in-

H. b.

qui-

B. P. Iudas Consultas. Tomi III.

Insigne mi-  
raculum  
pro perse-  
cuâ Virginis  
tate Matri  
Dei

quirere voluit apud famosum quen-  
dam servum Dei. Sancti tatis fa-  
ma mirifice extollebat Fratrem  
Ægidium, quem Seraphicus Pater  
Franciscus unum ex primis sibi a-  
sciverat socium; huic & is acce-  
dere fecum conclusit; interim Deus  
revelavit Fratri Ægidio Religio  
si hujus adventum, adventusque  
ipsius causam; cui accedenti è cel-  
lula luâ is obviâ progressus, &  
humanissime accipiens ipsum, ci-  
tra quod expectaret manifestari  
sibi ab ipso suæ causam inquietu-  
dinis; Frater mihi, inquit: Ipsa est  
Virgo ante partum, & percutiens  
extremitate baculi sui terram, pro-  
ducit ex eâ mirâ pulchritudinis li-  
lum: percutit secundâ vice ter-  
ram: Mihi Frater, ipsa est Virgo in  
partu, & secundum apparuit li-  
lum adhuc pulchrius primo: per-  
cutit eandem & vice tertiam: Mihi  
Frater, ipsa Virgo est post partum  
suum; Et visum est assurget è ter-  
ra lillum tertium speciosius adhuc  
duobus alijs. Ex quo repente om-  
nis dissipata fuit tentatio. Ecce ti-  
bi rationes super omnes rationes  
tuas; Ecce omnipotentem DEI  
manum, qua liliorum candore il-  
lucescere tibi facit veritatem.

Sanctus Bernardus, postquam  
inauditum hoc cunctis seculis ad-  
miratus est prodigium. quod nem-  
pe Virgo sit Mater, & Mater sit  
Virgo, quod fœcunditas & Virgi-  
nitas sibi obvient, & in eadem per-  
sonâ conjugantur. Quis unquam

alpexit quid simile? Illâne Virgo  
erit, que latet puerum, cuius mar-  
tus continuus comes est? in con-  
vivio, in thalamo? qui ducit illam  
in Egyptum, reducit ab Egypto?  
& solus cum sola tam longinquam  
tam secretam conficit viam? Quo-  
modo potuit hos persuaderi generi  
humano, universo orbi terrarum?  
Et tamen tam facile, tam poten-  
ter persuasum est, ut mihi id credi-  
bile facias credentium misitudo:  
Juvenes & Viginis, senes cum ju-  
nioribus, elegerunt milles mortibus  
mori, quam vel ad momentum ab  
ista fide deficere. Hæc verba sunt  
Sancti Bernardi. O Deus quan-  
tum cordis gaudium, quantum  
mentis solatium omnibus verbis San-  
ctissimæ Virginis servis, videre, tot  
ipsam numerare fideles, tot gene-  
rosos & alacres putatatis sua Virgi-  
nalis defensores! O quis conferet  
nobis tantum servitius & amoris er-  
ga ipsam, ut continuo exoptamus  
ipsorum aggregari numero!

Omittendum mihi non est ter-  
tium, quod majori adhuc me per-  
cellit admiratione circa incompa-  
rabilem excellentiam Virginitatis  
Virginis Sanctissimæ: quacunque  
considerem ipsam ratione, sive in  
suo principio, sive in suo fine, sive  
in suo medio, ubique nullam ad-  
mittit comparationem, & tantum  
extolli mihi videtur super omnia  
aliam Virginitatem, quantum sua  
per terram extollitur cœlum.

Si

g. Berard.  
dus serm. 3.  
in vigiliâ  
Nativitatis

Si considerem ipius principium, ipsa est Virginitas Matris Dei, est puritas Deo promissa voto perpetuo; est votum Virginitatis profectum ex amore Dei, qui sit purior, ardenter & perfectior omnino, qui succedit cor omnium tuum Angelorum, tum hominum. Quem alium invenies unquam, qui tam nobilis, tam præclarus, tam eximia sit capax Virginitatis?

Si considerem ipsius finem, ipsa est flos, unde enasci video fructum admirabilem, proprium Dei Filium; illum ipsum, quem Deus Pater producit e fecunditate suæ Virginali, & reproducit secundâ vice e fecunditate Virginalis Matris suæ divinae. Scriptum est, Deum Patrem omnia fecisse per ipsum: *Omnia per ipsum facta sunt;* id est, omnia opera naturæ facta sunt per Verbum divinum, prout procedit e sinu Patris sui. Sic dici potest, quod producendo ipsum solum, producat etiam omnia in ipso, & per ipsum: Ecce fructum, quem ex utero suo Virginico produxit Pater, dum Unigenitum suum producit Filium. Ecce modò eu-

Iona. 1.

angelus audiens et dicens: *qui: mala omnia per ipsum facta sunt;* id est, quod omnia opera grauæ sicut opus Verbi Incarnati, procedentis e sinu divinae Matris suæ. Sic nonne ratione quâdam dici potest, quod ipsa producendo ipsum solum, pro-

ducat in ipso & per ipsum, totum supernaturalem gratiæ mundum, omnem Ecclesiam tum militantis,

tum triumphantis Sanctitatem?

Levare in cælum oculos, universam, intuere Ecclesiam aiglice innamorabilem hanc Sanctorum & Sanctarum multitudinem, omnes ipsorum perfectiones, virtutes, gloria, & gloriam, quæ redditur ab ipsis Deo. Ecce fructum uteri

Virginis Matris Admirabilis, dum

Unigenitum suum producit Filium,

a quo dependent hæc omnia: *Filiij*

*merces, fructus ventris.* Ecce si-

nem, ubi terminatur Virginitas ip-

sius proflus divina. Dic mihi, an

credas, quamvis aliam ipsi esse

comparabilem. O Deus, quanta

abundantia gaudij est animæ, quæ

singulariter reveretur, quæ fideli-

ter famulatur, quæque ardenter a-

mat Sanctissimam Virginem, dum

in principio & in fine suo Virginitatis ipsius intuetur gloriam!

Sed quod præcipue ostendit ipsius excellentiam super omnem aliam Virginitatem, est aspicere ipsam in suo medio, volo dicere, in medio, quo Deus est utsus, ad extollendum illam super Virginitatem creaturarum omnium, tum hominum, tum Angelorum. Et hoc est, quod efficerit ipsam vivam imaginem Virginitatis suæ propriæ, conferens ipsi fecunditatem ad producendum eandem, quam producit ipse, personam divinam, & hoc ejusmodi cum circumstantijs,

Hh 2

quæ

Fructus ad  
mirabiles  
Virginita-  
tis MA-  
RIÆ, pro-  
ducens se-  
sum Chri-  
stum.

quæ omnem transcedant admira-  
tionem: Siquidem in Virginitate  
Dei spiritus est, qui concipit & pa-  
git spiritum; Sed in Virginitate  
MARIE cato est, quæ concipit &  
parit eundem spiritum in Deo.  
Adorandus hic spiritus procedit ex  
intellectu Patris, sed in MARIA  
procedit ex utero Virginali Matri.  
Virginitas Patris producit sibi a-  
qualem, Virginitas Matri produ-  
cit majoram, & infinitam ratione se-

Medium majorem.

admirabile, In cæteris omnibus Sanctis est  
quo usus est Deus, ut anima, quæ in corpus diffundit  
infinitam gloriæ; Sed in Sanctissimâ Vir-  
tute exal-  
tare Virginis. gine videtur diffundere gloriam  
particularem & maximam, quam  
non mutuetur à corpore suo; sed  
dico, quod à corpore suo aug-  
mentum gloriæ accipiat ipius ani-  
ma: siquidem an ipsa poterit glo-  
riæ maximæ, quod sit Virgo Virginum,  
quod sit Mater Dei, quod  
que srojectum potestat sua habeat  
Deum Omnipotentem? Quare en-  
im dici potest, ebusque exalta-  
tam esse ipsam, ut naturalem qua-

dam possideat superioritatem in  
Deum ipsum, nisi quia hic è ve-  
rè ipius Filius? Cùmque Patres  
& Matres naturalem habeant juris-  
dictionem in suos Filios, illaque  
sola locum teneat Patris & Matri  
respectu Filij Dei, qui proprius  
ipius est Filius, habere viderur du-  
pli majorem in ipsum potestatam  
& jurisdictionem, quam in suos  
habeant filios catetas Matres. An  
omnes has possideat inestimabiles  
& incomprehensibiles excellentias,  
nisi è purissimo corpore suo recipie-  
ret illas? O Virginitas MARIE,  
quam es admirabilis! O puritas,  
quam es amabilis, cunctis animabus  
te cognoscentibus, tæque hono-  
rabitibus! sed & insuper quam es  
inimitabilis! siquidem impossibi-  
le est omni creaturæ, nisi tibi soli,  
acupari perfectam tantæ puritatis  
imitationem.

Veruntamen interrogavi viato-  
rem nostrum, an saltem imperfe-  
ctè imitari quis ille potest? Ita,  
respondit mihi: Et hoc ultimum  
est, quod dicam tibi, ut fructus  
aliquem referas ex hac Con-  
sultatione.

ARGU-